

Probo alterius ex S. Thom. hac quæstion. 48. Suppl. artic. 1. Sicut carnalis copula se habet ad matrimonium...

II. Secunda vero pars. Quod consensus in matrimonium sic consensus implicitus in copulam conjugalem...

S. II.

Solutio Objectionum.

III. Obicitur primo contra primam partem. Omnia que sunt in matrimonio inter virum, & uxorem...

IV. Respondet S. Th. quæstion. 48. Suppl. artic. 1. ad 2. Nego aut. Nam ad consensum esse non requiritur consensus expressus in copulam...

V. Obicitur secundo. In qualibet re initium consummationis respondet: sed matrimonium consummatur per carnalem copulam...

VI. Respondet cum S. Thom. citato, ad 4. Quod initium matrimonium respondet consummationi, sicut habitus, vel potestas adu, qui est operatio...

VII. Obicitur tertio contra secundam partem. Si quis contrahat matrimonium cum intentione religionem amplectendi ante consummationem...

VIII. Respondet, dist. min. ex parte contrahentis, concubinæ; ex parte contrahentis, nego min. Cum enim velit contrahere, qui ex natura sua includit potestatem in copulam...

QUESTIO IV.

De Unitate Matrimonii.

Agere de Unitate Matrimonii idem est, ac inquirere, an matrimonium debeat esse sic unius cum uno, ut non possit esse cum pluribus...

DUBIUM I.

An Polygamia simultanea sit contra Legem Naturæ.

S. I.

Resolutio Dubii.

DE hoc agit S. Th. 3. p. sup. q. 56. a. 1. & in 4. dist. 33. q. 1. art. 1. & resolvit affirmative in argum. sed contra.

Primo. Quia illud videtur esse de jure naturali, quod homini...

ni in institutione humana natura inditum est. Sed quod si una unius in ipso institutione humana natura est...

Secundo. Contra legem naturæ est, quod homo sit ad impossibile obligatus; & ut quod uni datum est, alteri detur...

Tertio. De lege naturæ est: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: sed vir nullo modo vellet, ut uxor altum virum haberet...

Quarto. Quidquid est contra naturam desiderium, est contra legem naturæ: sed zelus viri ad uxorem, & uxoris ad virum naturalis est...

II. In corpore articuli idem confirmatur, sed distinguitur inter ea, que sunt contra legem naturæ. Aliqua enim sunt contra prima præcepta legis naturæ...

III. Dico cum eodem S. Doctore pluralitas uxorum simul, seu polygamia simultanea, est contra legem naturæ, non tamquam impediens finem primarium matrimonii...

IV. Hinc ergo cum S. Thoma supposito. Dico cum eodem S. Doctore pluralitas uxorum simul, seu polygamia simultanea, est contra legem naturæ...

Secunda vero pars probatur. Finis secundarius matrimonii in hominibus salis est communicatio operum, que sunt necessaria in vita, & maxime pacifica cohabitatio...

IV. Hinc polygamia de se nata est patere discordias, tum ratione domesticæ regimini, ut apparuit in Sara, & Agar; tum ratione amoris, & usus conjugii, educationis & evocationis filiorum...

Hæc de causa ab initio unum tantum masculinum, & feminam creavit Deus in specie humana. Unde & dicit Adam, Genes. 2. vers. 25. vir adhibebit uxori...

S. II.

Resolutio Objectionum.

Obicitur, habere plures uxores non esse contra legem naturæ; primo. Consummatio legi naturali non præjudicat...

Secundo. Qui facit contra legem naturæ facit contra præceptum, sed idem Aug. cit. loco, & l. 25. de Civitate Dei, c. 38. dicit, quod habere plures uxores non erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum...

Tertio. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: sed unus homo potest ex pluribus mulieribus accipere plures secundarios; ergo &c.

Quarto. Jus naturale est quod natura omnia animalia docuit; sed natura non docuit hoc omnia animalia quod sit taprum una unius; ergo &c.

Quinto. Ut ait, Phil. 1. de Gen. anim. c. 20. In generatione prolis mas se habet ad feminam, sicut agens ad patientem...

VI. Hæc.

DUBIUM II.

An aliquando licitum fuerit habere plures uxores?

S. I.

Quædam Præmittuntur.

PRImus, qui polygamiam inveniit in Orbem, fuit Lamech septimus ab Adam, ex posteris Cain. Sic enim legitur, Gen. 4. vers. 19. Methusael genuit Lamech, qui accepit duas uxores: nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Lamech exemplum imitati sunt postea Gentiles...

II. Primus, qui inter veri Dei cultores polygamie aperuit viam, Abraham fuit. Eius enim exemplo, etiam viri sancti pluribus uxoribus simul nubere ceperunt...

III. Cum ergo polygamia simultanea veterum Patriarcharum exemplis fuerit honestata; eo tempore, quo sola natura lege ducebatur, neque post legem scriptam fuerit probata...

S. II.

Resolutio Dubii.

DEco. Temporibus veterum Patriarcharum, & legis scriptæ licita erat ex divina dispensatione in populo Israelitico polygamia simultanea unius viri cum pluribus uxoribus. Ita Sanctus Thomas quæstion. 65. Supplement. art. 2. ubi ita dicitur. Pluralitas uxorum esse dicitur contra legem naturæ...

Mihorem Sanctus Thomas sic probat. Quia actus humanus variari oportet secundum diversas conditiones personarum & temporum, & aliarum circumstantiarum...

Ad quartum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores...

VI. Hæc. Quæst. IV. De Unitate Matrimonii. S. I. Quædam Præmittuntur. I. Primus, qui polygamiam inveniit in Orbem, fuit Lamech septimus ab Adam...

VI. Hæc. quæ S. Thom. quæst. 65. Supplement. art. 1. sibi obicit, probant solum, pluralitatem uxorum non esse contra prima præcepta legis naturæ. Unde ad primum dico cum eodem. Quod licet consuetudo non præjudicet his, que sunt de primis præceptis legis naturæ...

Ad secundum dicit S. Thom. Quod ea que lex naturalis dicitur, quasi ex principiis legis naturæ derivata, non habent vim conditionis per modum præcepti absolute nisi postquam lege divina, & humana facta sunt. Et hoc est, quod dicit Augustinus...

Ad tertium jam dictum est super, quod licet unus homo possit secundare plures uxores, & sic haberi finis primarium matrimonii...

Ad quartum, nego min. Nam jus naturale dicitur quid faciendum sit juxta modum convenientem nature cujuslibet: modus autem convenientis nature hominis, cujus est prolem non solum procreare, sed etiam educare, est, quod sit unius cum una...

Ad quintum dico, quod ex quo mas se habet ad feminam sicut agens ad patientem, & sicut artifex ad materiam, solum sequitur, habere unum virum plures uxores non esse contra ordinem nature quoad finem secundarios, ut supra dictum est.

VI. Quæ rationes supra inducunt S. Th. numer. 1. ex Sancto Thoma in argumentum sed contra, videntur offendere, quod pluralitas uxorum fit contra prima principia legis naturæ, ideo cum eodem Sancto Thoma respondendum est.

Ad primum ergo dico: Quod natura humana absque omni defectu instituta est: Et ideo non solum sunt indita illi, sed in quibus matrimonii finis principalis esse non potest, sed etiam illa, sine quibus secundarius finis matrimonii sine difficultate haberi non potest.

VIII. Ad secundum dico. Quod vir per matrimonium non dat sui corporis potestatem uxori quantum ad omnia, sed solum quantum ad illa, que matrimonium requirit. Non autem requirit matrimonium, ut quilibet tempore uxori potest viri debitum reddat; quantum ad id, ad quod matrimonium principaliter est institutum...

IX. Ad tertium dicit Sanctus Thomas ibi ad 8. Quod illud præceptum legis naturæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, debet intelligi eadem proportione servata. Nam enim si dicitur, non vis sibi resisti a subdito, ipse subdito resistere non debet.

Ad quartum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad quintum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad sextum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad septimum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad octavum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad nonum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...

Ad decimum dico. Quod Naturalis inclinatio in appetitum sequitur naturalem conceptionem in cognitione. Et quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures uxores, sicut quod uxor habeat plures viros...











D U B I U M I.

An Matrimonium Indissolubile sit quoad Vinculum, & quoad Jura?

S. I.

Errores circa hoc.

I. A pud Montanienses matrimonium vinculum pro conjugum arbitrio solvi poterat. Eodem errore laborant Graeci & maxime Mahometani, apud quos improbi mores, & infanditas uxoris, matrimonium solvant. Hos fecutus fuit Lutherus. Is enim, h. de vita Conjugalitatis ita loquitur: Si alter alicuius spiritum subtrahat, ut debium conjugales prestare non velit, quemadmodum mulier peritineas mulieres insensuuntur; hic locus est, ut vir dicat, si tu non vis, velis aliam: si non vult uxor, veniat ancilla. Rursus: Si mulier virum habeat impotentem, nec tamen potest id probare, miscatur alteri, vel fratri mariti, occulto tamen matrimonio, & proles impetrare pariter, ut dicunt patri. Modum vero, quem tenere debet maritus in repudiandi uxore pertinaci, indicat sermo de Matrimonio, hinc verbiis: Ita tamen, ut antea iterum, & tertio uxorem admoneat maritus, & coram alio, etiam provinciali, ejus debeat, ut publice, & ante conspectum Ecclesiae duritia ejus, & agnoscat, & repudietur, si non renuat, repudiet eam, & in vicem vestri esset foret exempli affertur: Concludens quod debium conjugale obstatie mariti denegaret, sic quaedam Maligina deservit, & proinde iusta causa repudii. Hanc doctrinam sentit adeo blandientem statim habuerunt Lutheri discipuli, unde Acolampadius priore deferta, alteram duxit, frustra illa occultante, quam illum esse maritum. Precipue vero apud eos adulterii causa conjugii vinculum solvitur, non Judaeico, ita ut innocenti liceat alteram ducere, ut auctor est Melancthon in locis communibus, anno 1521: Unde & legitur quaedam intra feminum tres Geneva duxisse uxores, quod secundum Evangelium suum probat dicit esse adulteras, & hoc iudice Calvino.

Catholici tamen omnes communi consensu docent, matrimonium esse indissolubile jure tum naturae, tum divino.

S. II.

Veritas Catholica.

II. Deo matrimonium esse indissolubile, tum jure naturae, tum divino, siue contractum a fidelibus, siue ab infidelibus, modo legitime contractum sit. Primam partem docet S. Th. q. 67. Supplement. a. 1. Cujus ratio est: Nam matrimonium ex intentione naturae ordinatur ad educationem proli non solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam proli. Unde de lege naturae est, quod parentes filii educant, & filii parentum habeant sine (2. Cor. 12.) Et ideo cum proles sit communis bonum viri, & uxoris, oportet eorum societatem esse proinde indissolubilem secundum legem naturae distaminem. Et sic insuperabilis est de lege naturae. Quod confirmat in 3. Contra Gen. c. 123. exemplo illarum Avium, ad quarum prolem educandam requiritur utriusque parentis opera: ita enim tandem commanent simul, quoad usque proles sit perfecta, & instructa, ut sibi valeat de necessitate providere. Hoc etiam ibidem probat ex quodam naturali aequitate. Nam femina videtur magis non solum propter generationem, sed in aliis animalibus, sed etiam propter gubernationem, quia magis est, & ratione, profectior, & virtute fortior: multum vero ad viri societatem assumitur propter necessitatem generationis, & sustinet igitur facultate mulieris, & decor, impeditur, ne ab alio assumatur. Si quis igitur multum assumens tempore juvenetis, quo & decor, & facultates ei adsumunt, cum dimittit re possit postquam aetate provectus fuerit, legum inferret mulieri contra naturalem aequitatem. Nemo enim damnum ex beneficio reportare debet. Alias rationes affert S. Th. citato c. 123. quas a Studio suo videndas relinquo.

III. Neque dicas, fieri posse ut uxor sit sterilis, vel quod est fecunda sit, aliter provideretur proli: Nam hoc per accidens est; per se enim, & seclusis impedimentis, ex quolibet conjugum congressu nata est sequi proles, et cuius educationem, instructionem & provisionem requiritur sollicitudo utriusque parentis per totam vitam. Vide S. Thom. 4. Contra Gen. c. 222. & 123.

IV. Hae naturalis lex de matrimonii indissolubilitate (que est secunda pars) fuit a Deo in institutione matrimonii ab initio per Adamum promulgata, dum Gen. 2. dixit: ut vir relictus Patri, & Matre adherere deberet uxori suae (seu adglutinari, ut 70. Interpretes reddiderunt) quia sententia perpetua, ac insolubilis nexu significatur, sique major ad uxorem, quam ad parentes, ita ut fiant duo in carne una. Et ideo etiam fecit Deus feminam ex costa laterale viri extracta, volens indicare vinculum arcissimum, sanctamque conjunctionem. Ad hae respiciens Conc. Trident. initio Sess. 24. dicit: Matrimonium perpetuum, indissolubileque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, & dicit: Hoc nunc est ossibus meis, & caro de carne mea; quamvis reliquit homo Patrem suum, & Matrem, & adheret uxori suae, & unus duo in carne una.

Porro cum non legatur, ullum preceptum positivum datum a Deo hominibus in illo statu, nisi illud, ne ederet de ligno scientie boni, & mali, consequens est, inseparabilitatem, quam primus parens verbi dicitur enuntiasse: non esse

esse legis positivae, sed naturalis. Huc spectat, quod Christus, Matth. 19. declaravit dissolutionem uxoris a Moyse Judaeis permitti repugnare primae institutioni matrimonii dicens: Ab initio autem non fuit sic: ad quam probe statum conjugii reducere voluit, & ut loquitur loco citato idem Concilium: Eiusdem nexu firmitatem ab Adam tanto ante pronuntiatam hinc verbi confirmavit: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Quo de matrimonio etiam non consummato intelligi debere, tradunt Doctores.

V. Tertia pars ex dictis sequitur. Nam si verum est matrimonium inter infideles contractum. Si quae naturalis sunt institutionis, ut est matrimonium, quatenus in officium naturae, communia sunt fidelibus, & infidelibus; sequitur etiam matrimonium infidelium esse suapte natura insolubile, & qui ea solvunt, contra sua naturae peccare. Nam etiam apud infideles militat debium educationis prolis, & rituum cum eo tempore, quod educationi impendi debet, conjugis nutum habeant potestatem in sua invicem corpora, aliter proli provisioni dare possint operam, cui non minus, quam priori providenda tenetur; & sic iterum de aliis, quam circums possunt gignere, dum secundae prolis educationi vacant.

D U B I U M II.

Utrum aliquando possit super Matrimonio Indissolubilitate dispensari.

S. I.

An possit Uxor dimitti?

Tres difficultates praefert dubium complexitur, quas D. Th. dicit q. 67. articulo 2. 3. & 4. resolvit. Prima est: An aliquando poterit ex dispensatione uxor repudiari. Secunda: An liceat. Tertia: An repudiata licite fuerit alteri nubere. Circa primam.

II. Dico. Per dispensationem potest esse licitum dimittere uxorem, non solum quoad totum, sed etiam quoad vinculum. Ita S. Th. q. 67. citato art. 2. Quia insolubilitas matrimonii, sicut supra diximus de unitate ejusdem, non pertinet ad prima, sed ad secunda praeccepta legis naturae ex primis derivata: Insparabilitas enim matrimonii (inquit S. Doctor) non ordinatur ad prole bonam (quod est principalis matrimonii finis) nisi quantum ad hoc, quod per parentes filii provideri debet in totam vitam per debitam preparationem eorum, qua suae necessaria in vita. Insufficiens autem preparatio non est de prima intentione naturae, secundum quam genus fuit communitatis. Et ideo non videtur esse contra primam intentionem naturae dimissio uxoris, & per consequens contra primam praecipua, sed contra secundam legis naturae. Unde sub dispensatione cadere poterat.

III. Alia ratio fuit ex doctrina ejusdem S. Thomae, t. 2. q. 100. art. 8. ubi docet, quod praeccepta primariae legis naturae continent primam legislatoris intentionem, boni communis conversationem, & iustitiae ordinem, ideoque nullam admittunt dispensationem neque divinam. Secundaria vero disponunt de medijs, & possunt dispensari a Deo, ob aliquid majus bonum. Pars (exemplum est S. Th. ibi) Si poneretur hoc praecceptum in aliqua communitate, quod nullus destrueret reprobiter, neque proderet civitati, si sine quo nullus faceret aliquid, injuste, vel male, hujusmodi praeccepta essent indispensabilia: Sed si aliqua alia praeccepta traderentur ordinata ad ista praeccepta, quibus determinantur aliqui speciales modi, in talibus praecceptis, postea dispensatio fieri; in quantum per omissionem hujusmodi praecceptorum in aliquibus casibus non fieret prejudicium primis praecceptis, quae continent intentionem legislatoris: Pars si ad conversationem reprobiter faceretur in aliqua civitate, quod ad singulos viciis aliqui vigilerent ad custodiam civitatis obesse, postea cum aliquibus dispensari propter aliquam majorem utilitatem.

In casu autem praesenti. Prima Dei legislatoris intentio est, ne quis accedat ad alienam, vel non suam, quia hoc continet ordinem iustitiae inter homines servandam, & ad genus humanum debito modo propagandum, qui est principalis matrimonii finis, est necessarius. Indissolubilitas vero matrimonii praeccepta est tanquam medium ordinatum ad illum finem, & valde conferens; ideoque in illa dispensari a Deo potest, ob aliquid majorem causam.

Dispensatio Deo creditur in duplici casu. Primo: Quando conjugii infidelis non vult pacifice cohabitare, conjugi converso. Secundo: Quando ante consummationem emittitur foeminae professio in aliqua religione. De quibus infra.

S. II.

An sub Lege Moyli dimissio Uxoris licita fuerit?

IV. In hac difficultate adeo divisi quovis tempore fuerunt Doctores, ut ipse S. Th. licet sententiam negativam communivenerit pronuntiaverit; affirmativam tamen probabilem reputat, ideoque utramque problematicam defendit, in 4. diff. 33. q. 2. art. 2. q. 2. & q. 67. Suppl. art. 3. Et etiam nunc pro utraque decernitur.

V. Dico tamen, probabilius videri dissolutionem uxoris in lege Moyli fuisse licitam, permittam ad evitandum majus malum, non tamen fuisse licitam. Pro explicatione suppono ex S. Thomae locis citatis, Quatuor modos permissionis poni: Unam per privationem praecipui; ut quando majus bonum non praecipitur, minus bonum permitti dicitur: sicut Apostolus non praecipiendo virginiam, matrimonium permittit. 1. Cor. 7. secundum per privationem prohibentis; sicut vinolentia dicitur. Quia Theol. Tom. III.

permitti, quia non sunt prohibita. Tertium per privationem conditionis: & sic peccata omnia dicitur permitti a Deo, in quantum non impedit, cum impedire possit. Quartum, per privationem punitionis: & sic libellus repudii permittitur, non quidem propter aliquod majus bonum consequendum, sicut fuit de pluribus uxoris habendis; sed propter malum evitandum, scilicet uxoricidium, ad quod Judaei provi erant, propter corruptionem irascibilis. Sicut & permittitur esse eis cum extraneis familiarari propter corruptionem aliquam in concupiscentibus, vel scilicet fratribus suis favorantur. Et sicut etiam propter corruptionem suspitionis in rationali, fuit permittum sacrificium Zelotypia, ne sola suspicio apud eos iudicium corrumpere.

VI. Hoc etiam conformiter est verbis Christi, Matth. 19. ubi Phariseis interrogantibus: Si licet homini quacuque causa dimittere uxorem? Respondet non licere, eo quod obstat institutio matrimonii: Ipsi autem replerantibus: Quia ergo Moses mandavit dimittere uxorem, & dimittere? ait: Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxorem vestram. Ubi significat, hoc eis fuisse permittum, id est absque adiectione poenae teleratum, tanquam minus malum ad vitandum majus, ne scilicet uxores, quos haberent uxoras, occiderent. Nec obstat quod Pharisei dixerint: Moses mandavit. Nam quid prohibet, illos corrupti intelligentia fuisse meram permissionem pro mandato? Quos proinde Christus coarctat: dum enim illi dicebant: Moses mandavit, Christus dicit ad duritiam cordis vestri permisit. Adde, quod circa uxorum dissolutionem aliquid Judaei erat praecceptum; & aliquid permittum: Permissum erat dimittere uxores: praecceptum vero, ut si quando vellent dimittere frater libellum repudii, & scriptum traderent uxori, quam dimittebant. Unde S. August. lib. 1. de Serm. Dom. in Monte, c. 14. ait: Non enim, qui praecipit dari libellum repudii, hoc praecipit ut uxor dimitatur; sed qui dimiserit, inquit, det illi libellum repudii, ut iracundiam temperantem proferentis uxorem libelli cognitione temperaret. Cum enim ut observat, l. 19. con. Faustum, c. 26. Libellus repudii non a dimittere, sed a scriba, qui prius exquirere debebat causas odii, ac virum ad concordiam cum uxore adhortari, nec poterat libellum scribere: Nisi in animo nimis averso, atque perverso consilium concordiae non videret. Ideo ad reddendam uxoris dissolutionem non ita facilem, mandavit, ne nisi prius libello repudii confectio, & dato, uxor dimiti posset. Videri potest Chrysol. Hom. 17. in Matth.

VII. Uterius probatur. Non est creditibile, Deum in jure naturali dispensasse generaliter, nisi propter finem aliquem honestum, qualis erat multiplicatio generis humani, maxime populi fidelis, cum dispensatio in lege monomachi, sed talis finis non reperitur in permissione repudii: sola enim ejus ratio erat durities cordis Judaeorum: ergo non dispensabat, sed tantum permittit. In hanc sententiam venit etiam S. Hieronymus, in cap. 5. & 19. Matth. c. 6. ait: Moses, cum videret propter duritiam secundariam conjugum, quae vel divideret, vel jungeret, vel pulchrioris essent, primas uxores interfici aut malam vitam ducere, & malis indulgere discordiam, quam edia, & homicidia peiorarent. Simulque considerat, quod non dixit, Propter duritiam cordis vellei permitti vobis Deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolum consilium sit homini, non imperium Dei. Quae postrema verba notandi sunt.

VIII. Denique S. Th. Quamvis locus supra citatus in utrumque partem disputet: attamen nostram sententiam potius firmavit, tum l. 2. q. 105. art. 4. ad 8. dicens: Lex primitiva repudium uxoris, non quia simpliciter justum esset, sed propter duritiam Judaeorum. Et q. 108. art. 3. ad 2. scribit, & Pharisaei errabant, quia qualem, quae in lege Moyli erant tradita tanquam permissiones, existimabant esse per se iusta, scilicet repudium uxoris, & usuram accipere ab extraneis. Et ideo Dominus prohibuit uxoris repudium, Matth. 5. & usuram accipionem, Luc. 6. dicens: Date malum, nihil inde sperantes, Tum, lib. 3. cont. Gen. c. 123. ubi ait: Excluditur consuetudo dimittere uxores: quod tamen in veteri lege permittum fuit Judaeis propter eorum duritiam, quia scilicet proxi erant ad conversionem uxorum. Permissum ergo fuit minus malum ad evitandum majus malum. Conformia scribit in 3. diff. 37. q. 2. a. 6. ad 1. mox dices primo, Deut. 24. v. 1. haec habentur, Si accipere homo uxorem, & habuerit eam, & non invenierit gratiam ante oculos ejus propter aliquam seditionem: scribit libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Et Malachia 2. v. 16. Cum odio habuerit, dimittit, dicit Dominus; ergo licite, quia dispensate Deo poterat &c.

X. Respondere, nego conf. Nam ut dictum est super, Verbi Deuteronomii solum sunt permittentes, ut probat Christi responsio, Matth. 19. supra expensa, & Patrum testimonio confirmata. Verba autem Malachiae sunt Dei non approbantis, sed permittentis tantum ob duritiam cordis Judaeorum, unde statim subjungit: Operiet iniquitas vestimentum ejus.

XI. Dices secundo. Lex verus ad hoc data erat, ut peccatum ostenderet; ergo si licitum non fuisset uxorem dimittere, hoc saltem indicari debuisset per legem, aut prophetas.

XII. Resp. primo. Quod quando majus malum est evitandum ex prohibitione, vel indicatione minoris, potest hoc prudenter omitti. Ut enim ait S. Thom. q. 67. Suppl. art. 3. ad 1. Aliquis, qui potest prohibere, non peccat, si a prohibitione abstinere, non sperans correctionem, sed magis malum evitans ex tali prohibitione occasionem sumere. Et sic accidit Moyli: Unde divina auctoritate servata, libellum repudii non prohibuit.

Secundo. Lex naturae sufficienter indicabat Judaeis repudium esse illicitum, quo contra naturam, & institutionem matrimonii. Sed Judaei volebant intelligere.

Q U A E S T I O V.

De Matrimonii Indissolubilitate.

Examinata matrimonii unitate quod nempe sit unitus cum una tantum; sequitur altera ejusdem proprietatis, nempe indissolubilitas, de qua investigabimus quo jure ei conveniat, & an in aliquo casu sit dispensabilis.